

Ruggero II (1130-1154)

Arenga 076

Basilicata University Press

—

Digital Humanities

Edizioni e data-bases digitali

sotto la direzione di Fulvio Delle Donne

Ruggero II (1130-1154)

Arenga 076

1148, Luglio

Inter cetera

Inter cetera regie laudis preconia, hoc potissime irradiat velut sidus: cum sue conditionis commemores altissimo Creatori, per quem reges regnant et imperant, et a cuius dextera munificentia liberali ea que habent omnia, perceperunt; perceptum muneris premium quasi mutua retributione compensant cum locis religiosis instituendis et ad ipsius honorem et gloriam dedicandis, sic diligenti cura invigilant et intendunt, quod in ipsis laudes et iugiter orationes offerantur Altissimo de supernis a personis religiosis ibidem Deo servientibus, sic competenti provisione subveniunt et succurrunt, quod vita ipis religionibus deditorum ab omni egestatis gravamine sublevatur, ipsarumque religionum prepositi ac ministri, ad earum ampliationem et observantiam, quasi provocantibus meritis tam spiritualibus, quam etiam temporalibus arcessiti, in sui habitu ordinis perseverent, quasi fidei catholice sustentaculum speciale, tam ipsam fidem spritualiter quam etiam bona ecclesiastica temporaliter multipliciter peraugendo.